



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**IOAN. PETRI || MAFFEI, || BERGOMATIS, || E SOCIETATE ||
IESV, || HISTORiarVM || INDICARVM || LIBRI XVI. ||
SELECTARVM, ITEM, EX || INDIA EPISTOLARVM || LIBRI
IV. ||**

Maffei, Giovanni Pietro

Coloniae Agrippinae, Anno M.D.XC.

VD16 M 105

Gasparis Vilelæ ad Socios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64627](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64627)

euasuri potentissimi Regis manus existimabantur. Hisce rebus perlatis in Indiam, Antonius Quadrius noster, id ipsum vehementer optante Prorege, idoneam nauigã di tempestatem expectabat, vt Socios aliquot Manom o tapam mitteret ad cæpta promouenda, quæ felicem omnino progressum habitura sperabant, eius Ecclesia fundamenti tam innocenti castoq; sanguine positus.

Nobis interea, carissimi fratres, omni cultu & obsequio propitiandus est Dominus; ac præter cæteros ipse quoq; Sylueria suffragator adhibendus, vt pari spiritus ardore succensi, deuotas Christo animas, Dei gloriae & saluis hominũ causa tandẽ aliquando fundamus. Goæ.

G A S P A R I S V I L E
læ ad Socios.



Nno superiore, Cosmi Turriani missu, è Bungo discessurus Meacum, de mea protectione feci vos per litteras certiores. Nunc, quoniam id fore vobis gratum atq; iucundum existimo; ea persequar, quæ mihi ex eo tempore contigerunt: vt cum Deo Domino

gratias agatis, tum fratrem hunc vestrum à vestra cõsuetudine tanto locorum interuallo disiunctum, supplicationibus vestris a diuandum intelligatis.

Anno igitur à Virginis partu MDLIX. comite Christiano Iaponio, Laurentio nomine, probo iuvene, & linguæ huius reruinq; peritissimo, nauigium ethnicorũ conscendimus: iter autem nostrum (quod facillè iudicari potuit) aduersarius multis rationibus impedire conatus est. primum enim ipso nauigationis initio, tanta repente malicia ac tranquillitas existit, vt nauis loco moti non posset. Tum barbari vt muneribus pacem venturamq; à Dijs obtinerent, stipem singillatim à vestribus corrogare cæperunt. Vbi ad me ventum est, negaui me vnus Dei conditoris cœli terræque cultorẽ, in quo spes meas omnes haberem repositas, quidquam in ipso

rum delubra collaturum. quo illi responso adto re-
 ducunt, vt eius incommodi causam apud me redderent.
 ac proinde me in mare proijciendum esse affirmant.
 Hic nos ad Deum mente animoque conuersi: cuius
 neficio inflari vela manè postridie cæpta sunt. Sed
 aliquot passuum millia processissemus, aduerso
 rursus retenti, quatrduum stare coacti sumus. Tum
 rō barbari planè in nos causam eius rei confere, et
 bisque & significationibus conceptram iram ostendit,
 quæ tamen Domino miserante cohibita est. Denique
 portum quendam delati, ibique decem dies temperate
 coacti subsistere, communi sententia decreuerunt,
 quaquam nos secum ex eo loco auhendos: & ipso
 que nauarcho in eam sententiam adducto, nos ad
 dere coegerunt: quem tamen, cum aliam nauem
 lam in eo portu offendissem, precibus placarum, et
 omnibus perpuli, vt me ultra eum locum passuum
 & triginta millia deferret. Et quoniam nauarcho
 us progrediendum nō erat; barbari circū naues quæ
 in eo portu erant circumcursare statim incipiunt.
 bernatoribus aperte denuntiare, si prosperam nauem
 uigationem, nos omnino reijciant: ita cunctis die-
 bus, nos in littore sumus relictī: sed paulo post
 alio confestim nauigio appulso, tam feliciter nauigau-
 mus, vt portum citius ijs qui ante nos soluerant, uen-
 iam aliquot eorum in piratas incidissent, sine uul-
 culo tenuerimus. Tum denuo instare barbari, & nau-
 larijs persuadere conati sunt, ne porro nos ad
 caium ueherent: sed frustra. etenim incolumes
 nimus quarto Idus Sextileis: qui dies quatuordecim
 Laurentio erat sacer, ipsum Christi martyrem, quæ-
 tionis parronum asciumus. est autem vrbs Sura
 ampla, plurimisque ac pecuniosis mercatoribus
 sima, suisque legibus ac moribus more Veneto
 tur. Hic nos ex itinere aliquantulum recreati,
 contendimus Frenojam, ab vrbe Meaco passuum
 bus decem & octo. mons autem est permag-
 tur à Bonzijs, & caput est regni, ad cuius

cus plenus piscium, passuū nonaginta millia in longitu-
dinem, vnum & viginti in latitudinem colligens, quem
multi confluentes efficiunt amnes. in eius litore locus
est ad montem pertinens cœnobijs plus quingētis visen-
dus, multis alijs bellorū iniuria deletis, que quondā tri-
um millium & trecentorum summam implese dicun-
tur. Hæc autem cœnobia Bonzij variarum habent secta-
rum, bipedum superbissimi: ac ceteri quoque montis in-
colæ ad literas natura propensi videntur, in quibus (vt
opinor) excelleret, si se ad Christianam religionem ad-
iungerent. ijs nos Euangelij lumen inferre conati, nihil
profecimus, & nemo nobis aures, præter senem quen-
dam Bonziū, dedit: cui, & simul discipulis eius aliquot,
demonstrauimus vnum esse Deū opificē rerū omnium,
animosque hominum esse immortales. tum ille mihi in
aurem insufurrans, orationem meam, quamuis placitis
Iaponiorum aduersaretur, planè sibi probari dixit, &
præsertim quæ de animorum æternitate à me fuerant
disputata: sed quominus Christi sacra susceperet, se Bon-
ziōrum metu, capitisque periculo deterreri. vbi igitur
frustra nos laborare intelleximus, inde profecti, paucis
diebus Meacum hyeme tum incunte peruenimus: est
autem vrbs perampla, tametsi maior olim fuisse tradi-
tur, cum esset eius longitudo passuū vnus & viginti mil-
lium, nouemque latitudo. Hanc montes editissimi cin-
gunt: quibus in imis ingentia vbique & opulenta cœno-
bia, atque ædificia antiqua cernuntur: quanquam seditio-
nibus & incendijs vnà cū ipsa vrbe, magna ex parte dis-
iecta & excisa; vt, quod nunc vrbs incolitur, præter ma-
gnificentiam tenuis quædā velut imago esse perhibeatur.
Regio est in primis frigida, partim ex copia niuium, par-
tim ex arborū cædaru inopia. Sterilis autem adeo, vt ra-
phanis, rapis, malis insanis, & leguminibus vulgo vescā-
tur. hæc autem ciuitas dicitur quondam religionæ ac lit-
teris floruisse: cuius rei argumentū etiā illud afferunt, qd
ex eadē vrbe monteq; omnes Iaponiorum sectæ mana-
uerint, quarū principes ac magistri in his locis sibi in hoc
vsq; tēpus sedes ac domicilia collocarunt. Meaci igitur,

conducto hospitio, cum nemo ferè ad nos
 adhuc, & obscuros audiendos accederet, mihi facillime
 existimaui, vt primum omnium Regem siue Imperato-
 rem honoris causa inuiserè, vt eo beneuolo, propi-
 yteremur: deinde sumpta Cruce, in mediâ viam ex-
 bus prodiens Christû palâ predicare institui, quas ac-
 ces ingens continuo populi multitudo conueniens
 rum nouarû studio, alij etiam cauillandi atq; irritandi
 Quorum interrogationibus cum ita Deo accuratè
 sponderetur à nobis, vt ipsorum rationes placè
 ri ac refutari cōstaret; aduentus nostri fama totis
 ita peruasit, vt omnium sermone celebraretur: quod
 improbaretur nostra doctrina, partim etiam de
 aliquos inueniret. Bonzij quidem furentes circū-
 sare vicos, plebem in nos incitare, Euangelium
 maledictisque proscindere, falsis etiam rebus
 ri, nos carnes humanas vorare, repertaq; domi-
 ossa cadauerum: alij denique nos hominum sper-
 monas dicere: hortari etiam vicinos, vt nos
 lerent: adium verò domino exprobrare, quod nos
 is tectis morari pateretur: qui ipsorû dictis impu-
 hi renuntiare iussit, vt confestim migrarem: cum
 tus quò me recipere, haud ita continuo parati-
 cto gladio in me impetum fecit, quamuis intell-
 me occidisset, se vel patrijs legibus capite pun-
 vel eius ignominia vitandæ causa, mortem
 more sibi vltè esse oppetendam. Ac meus quæ-
 tum esset animi sensus ac status, cum impend-
 hi è barbari manibus ensẽ aspicerem, existimaui
 stis ipsi. Et sanè mihi affirmanti credite fratres, pro-
 tum interesse, vtrû quis mortem apud se tacitus
 tur & cogitet, an oblatam sibi propius intueatur
 nat. Ego me (ad quem enim confugerem?) Deo
 tum cōmendauit ac tradidi, cum vna me res
 re solaretur, quòd inter eos terrores minasq; v-
 in hac vrbe, quæ omniû Iaponicarû superfluitate
 rens, disseminari & crescere intelligerè. Eo partim
 functus, cum iâ aliquot Christianos fecisset,

furori cōcedere, & in alias ardes migrare constitui, quas nobis vini propola quidam exhibuit perincommodas. quippe quæ Ianuario mense in magna niuium copia, frigidibus maximis, & parietibus, & omni alio munito carerent. Hic nos maiore etiam animo ceptis institimus, Dei beneficio parati, vitā, si opus esset, in Christiana causa profunderē, iamque & è ciuibus plures, & è paganis permulti Christo nomina dare non dubitabāt, quamuis ob id ipsum vulgo despicerentur; & Bonziz, quamuis aliqua ex parte placati, nondum tamen calumnijs ac maledictis nos lacerare desisterent, quinimmo ne vipsiam consistere nobis liceret, communi consilio emptores ab eius taberna qui domum nobis locauerat, auocare ceperunt: quo ille permotus incommodo, sapius egit mecum, vt inde migrarem: sed tamen solitudinem nostram miseratus, quod nullus præterea foret nobis in vrbe locus, tres menses de habitatione commoda rececit. quo temporis spatio multa frigidis, laboris, valerdinis incommoda non solum æquo, sed etiam libenti animo (Domino auxiliante) pertulimus. Iamque æstas appetebat, cum Regem rursus adiuius, vt nobis in vrbe tutò manendi faceret potestatem ac, tametsi obretatores non desuere, feliciter tamen diploma statim abulimus, mortis proposita pœna, si quis nos aut iniuria affecisset, aut quò minus suscepto munere fungeremur, impedire ausus esset. Ea re & iniquorum impetus retardati, & Christianorum numerus ita auctus est, vt necesse fuerit per ampla domo ad eam rem coempta tētam instruere, quò non Christiani solum, sed etiam thnici confluēbant. quorum alij se ad Ecclesiam aggregabant, alij cum verba nostra vehementer probarent, baptisimi tamen petitionem se differre dicebant, quoad res Christiana patesceret. Annum iam in opere verbamur, meliusque res ibat in dies, cum perpetuus ille hostis bonorum omnium, Bonzios, aliosque barbaros compulit, vt magna pecuniæ vi in commune collata mstratus corrumperent: qui muneribus deliniti in sceo lege nos summa cum ignominia exterminassent vti-

que, nisi cognita re ethnicus quidam primarius, pri-
 nus, & nostram causam apud Regem agere solus
 esse antequam domum nostram irrumperet, me
 me per nuntium monuisset, vt Bonziorum
 praesentia declinarem, meque in arcem quandam
 ad sextum decimum lapidem ab vrbe, reciperem.
 filio à Christianis probato, magna eorum manu
 nocte ad arcem vsque deductus, fere quatuordecim
 Sed cum iam res postulare videretur, ne diuitias
 mus, Meacum occultè regressi, ad Christianum
 diuertimus. quo tempore varius erat de nobis
 populi rumor: cum alij iniuria, alij iure optu-
 pido pulsos dicerent. Christiani verò clam co-
 tes, quibuscunque rebus poterant, consolari
 re conabantur: quorum opera quattuor mensibus
 eijs impetratis, vt interea de nostra mansione
 fectione ageretur, in publicum magna omnium
 rum gratulatione prodiuimus, neque in
 sacra aedes nobis est restituta. Quae dum gentium
 Regem delatum est, contra ipsius edictum quam
 in nos Bonzij ac magistratus fuissent. quae per
 multo nobis in posterum diligentius cauit. Sed
 verò fracti ac debilitati non modo nos vltra
 stiterunt, sed etiam facta iam nobis libera
 di potestate, nonnulli fauere visi sunt. ita, quae
 um diabolus in nostram perniciem ceperat, re-
 maximè nobis diuinitus profuit.

Restat vt nonnulla de superstitione, sacris
 tis attingam, vt ipsorum cecitate perspecta, cu-
 xè pro ipsis Dominum deprecemini. Primum
 se concelebrant ludos quos vocant Gibon (gen
 minè significat) quod ij ludi homini sacri esse
 quorum eiusmodi est ratio. Primum in vrbe
 eoque collegia, describunt pegmata excogita-
 daq; inde vbi festus dies aduenit, veluti ad
 populus coit. Agmè currus quindecim, vel
 dunt fericis pretiosisq; tapetibus cooperitis
 ti psallentes, vel tympana pulsant, vel tibijs

gulos aut curus hominib⁹ tricenis, aut quadragenis im-
pulsos sua quemq; artificū turba sectatur. Alia deinde se-
quuntur vehicula hominib⁹ armatis instructa, fericis itē,
varijsq; priscarum rerū monumentis ornata. Hoc ordi-
ne pōpa delubrum prateruchitur, cuius delubri ea cele-
britas est: qua in re matutinū tempus omne cōsumitur.
Sub vesperā inde binæ lecticæ prodeūt: altera illius quē
colunt Dei, lecticarijs ita cōpositis, vt presentis numinis
pōdere valde fatigari premijs; videantur; alteram esse a-
runt amicæ cuiusdā ipsius. neq; ita multo post, tertia le-
ctica vxoris iustæ gestatur, cui simul ac maritus per nun-
tū significauerit se vnā cum pellice aduentare; lecticarij
stant huc atq; illuc lymphati discurrunt, itaque vxoris
zeletpiam infaniamque significant. Hic populus ma-
gna edidit signa doloris, atq; mœstitiæ: plorant multi, mul-
tisque ad consolandum Deæ animum positis genibus
eam supplices venerantur, denique lecticæ coniunctę ad
phanū redeunt: atque ita ludis finis imponitur.

Neque ille minus miserabilis error est. Eodem Au-
gusto mente biduum tribuunt colendis Manibus mor-
tuoꝝ. sub imminentem noctem in ædium foribus
lampadas multas accendunt vario genere picturæ, &
ornatu: inde urbem tota nocte perambulant, alij religio-
nis, alij etiam spectandi causa: magna etiam populi vis,
nam a duesperasceit, ex vrbe, aduentantibus (vt ipsi videri
et opinantur) suorū Manibus obuiā prodit. Vbi quen-
tā ad locum peruentum est, quo loco eos sibi occurrere
sōbitur; humanis primū verbis excipiunt: Felix (in-
uunt) faustusque sit vester aduetus. Iā diu aspectus ve-
stri fructu caruimus: cōsидete parumper, ciboq; vos ex-
imicis defatigatione reficite. Tum oryzam, poma, & a-
pponunt cibos: quibus ea per inopiā non licet, ij a-
tā calidam secū afferunt: ibique totam horam morati,
quasi finē epularum expectent, precibus eos in suas do-
mos inuitant, aiuntque præcedere se, domus instruendæ
parandiq; conuiuij. Vt biduū illud affluxit, accē-
sionalib⁹ oppido plebs egreditur, lumina discēditibus
referens, ne scilicet in tenebris offendāt, aut quopiā in-
cur-

currant: inde in urbem reuersi, ad ium tecta lapidibus diligenter excutiunt, ne qui forte ex Mambus nimirum aliquod sibi metuunt damnatum remanserint: tamen eos miserantur nonnulli, quos uulos dicant esse, & si forte eos in itinere imber ferit, extingui misellos. Interrogati Iaponij, cur illud præbeant, respondent, eos ad paradysum celesium suum, qui abest leucarum decies milles millena, quod iter nos minus quam triennio conficimus, esse uiam, recolligendarum uirium causa huc diuertunt eos etiam dies omnia sepulera diligenter purgant: Iaponij autem uidelicet regnant; nemo est enim rebus quamuis exigua, quin ad expiandos ritus suos uent, Bonzijs munus aliquod afferat. Videtur frater carissimi huius gentis errores, & tenebras, in quibus ret adeo pertinaciter, ut eam inde agere admodum ruas. Obsecrate Domium, ut eos pro sua bonitate uertat.

Ad hæc, alios etiam agunt celebri cum certaminibus mensis Martio sanè detestabiles. Conueniunt meridie quibuscunque libuerit, armati, decem suorum imaginibus picti humeros. tum duas in armis, pueri primùm lapidibus, deinde ceteri legiones felopis, mox contis, postremò gladijs dimicant. pugna semper ferè nonnulli desiderantur, cum uulnerati discedunt, omnibus qui in eo prælio uiam occiderint, aut plagis affecerint, in purgatione posita. omnino bellicosa est natio. hoc ipse natio hæc est oblectatio: militibusque pro numero uirtute capium, quæ ex hostibus caesa retulerint, persoluuntur.

Dæmon autem tanto apud hosce miseris inuenitur, ut ei magnificentissima phana extruantur, quibus horribili specie sese identidem offertus. hæc adoratur à populo, tum præsertim in monte Iaponia, in quo fuisse quondam aiunt cenobiorum habitum, quamuis nunc minus multa uisantur: quorum quidam in primis opulentum, & confluenti omnium

multitudine vsque adeo celebre, vt cum Reges bella gesturi ingentem auri vim ei delubro voueant, & victoria parta persoluant; tum infima quoque plebs in suis difficultatibus atque periculis eodem auxilij causa con fugiat. quibus dæmon per quietem apparens persuadet, se ipsorum religione placatum, eos è periculo eripuisse, perindeque ijs cætera in posterum cessura, vt ipsum ritè negligerue coluerint. quibus ille artificijs ita impetum in has gentes exercet, vt magnopere metuatur, ob seruetur, denique adoretur ab omnibus.

Ille quoque deplorandus hominum error est. Bonzium quendam Combadaxi nomine, ante octingentos annos serunt in hac vrbe versatum: quem equidem existimo hominis forma dæmonem fuisse: adeo nefaria scelera ab eo excogitata, cæterisque demonstrata narratur. hunc tradunt deducere stellas è cælo, & futura prædicere solitum: inuentorem etiam litterarum fuisse, quibus Japonij vtuntur, sibi que multa eaque magnifica tēpla edificari iussisse, extremaque iam ætate subterrancū sibi effodit specum, in quem vitrò se condidit, cum diceret, se iam vitæ huius satietate teneri, & in eo specu viuentem velle quiescere ad annorum decies millies millena millia. quo tempore fore, vt magaus quidam in Japonie doctor existeret, seque tum in lucem hanc esse reuerturum: eo sermone habito, se intra specum obturato ostio occludi imperasse. magnum est eius vbique nomen, & viuere etiamnum creditur, multisque se per vitam offert, & ab eo pleriq; suppliciter opem implorant. miseris verò illius diei solennia, quo die sese in specum abdidit, mirum quanta remotarum etiam nationum frequentia celebrentur.

Alij præterea alijs ætati bus fuere tres vel quattuor Bonzium summa eruditionis existimatione, quibus item magnos honores habentur: sed vni præsertim, quem ante annum trigessimum vixisse perhibent, auctorem sectæ eius, cum Icoxos vocant: magna apud plebem auctoritate: sectæ Bonzium semper cum imperio præsidet, flagitijsque palam turpiter deditus. quem plebs nihil-

hilo minus tanta pietate, ac veneratione prosequatur
cum si modo aspexerit, vim lacrymarum profundius
uique se admisis noxis ab eo suppliciter petat. et
tum pecuniæ deferunt, vt magnam Iaponicorum
tiarum partem vnus obtineat. Festos vero eius die
tannis ita conferta populi multitudo concelebrat
ipso coenobij aditu, cum fores aperiuntur, obortur
semper intereant: quibuscum ita præclare agi
vt nonnulli religionis causa sese pedibus iterum
vltro calcados necandosque subferant. Nocturnam
oratio de laudibus eius dum habetur, tanta ad
comploratio oritur, vt si publicè magnum aliquod
commodum ac vulnus esset acceptum.

Magna est etiam sanctitatis opinio Bonij No-
qui ante quingentesimum annum floruisse dicitur
Foquexanæ familiæ princeps fuisse.

Hactenus de rebus Meacensibus. venio ad Sacaium
Ego Sacaium Cosmi iussu Meaco me conuocatum
in præsentia: quam urbem, cum ex concursu hereticorum
ad nos audiendos (quorum aliqui iam baptizati
latam nobis animarum segetem allaturam esse
copiosissima ac munitissima est, tutum nobis in
tibus bellicis perfugium fore confidimus.

Multa vidi post meum aduentum memorata
de quibus ne longior sim, vnum duntaxat experientia
lio mense festum diem agunt Daimagini, quæ
lenti sanctitate virum, asseclam aiunt fuisse qui
dam Imperatoris. hunc Sacaiani adorant, tenent
pluribus ei dicatis, & ludos eiusmodi faciunt. In
meridianis viam vrbis longam ad passus duodecim
uersis vtrinque rigis ac tabulatis obsequuntur, ne
trospectere liceat: tum magna hominum multitudine
tribus passuum millibus eò contendit. in primo
idolum procedit equo infidens, stricta in genis
pueris duobus deinceps comitantibus, quorum vnus
cum eius & pharetrâ, alter accipitrem gerit. post
tæ equitum turmæ certis insignibus distinctæ
& magna præterea peditum vis, qui voto lætæ

tati obstrinxere; saltantesque concinunt, Xenzairaquu, Manzairaquu; hoc est annos mille voluptatis, mille mil-
 lena illia gaudij. Hanc turbam Bonzij primùm candi-
 dati psallentes, deinde vniuersa nobilitas in equis mitra-
 ta, postremò quinque vel sex veneficæ magno mulierũ
 comitatu linteatæ sequuntur: extremum agmen clau-
 dunt ingentes armatorum copiæ ad excipiendam Dai-
 maogimi lecticam prodeuntes ad viam, quam clausam
 esse dicebamus. Lecticam verò ipsam inauratam lecti-
 carij ferunt viginti, qui varias cantilenas velut intercala-
 ti quodã carmine concludunt, Xenzairaquu, Manzaira-
 quu. Eandem simulatque profertur in publicum, iacta-
 ta suppliciter stipe, alijsque similibus veneratur popu-
 lus. Hanc ego superstitionem, & alias in hac vrbe con-
 spexi, quas Dominus aliquando penitus abolere digna-
 bitur. Meacum ad Natalem Domini cum Christianis
 agendum post menses quattuor cogitabam, vt mense
 Martio Sacaio denuo reuerterer, Christianamq; rem
 omni conatu fulcirem, quoad nobis supplementum
 isthinc in tanta operatorum inopia submittatur. Vos
 per Dominum obsecro fratres mihi carissimi, animum
 inducatis ad hanc prouinciã ad eundam. Etenim si quod
 inquam tempus amplificandæ Catholicæ Ecclesiæ fu-
 erit idoneum, nunc certe egregia sese præbet occasio. Ia-
 conica lingua haud sanè difficilis est, vtique ad intelli-
 gendum. patientia tantum, animiq; submissione opus
 est ad ea quæ Dominus permiserit, perferenda: quas ille
 cunctis pro sua benignitate profectò impertiet ijs, qui
 hic colendæ vineæ sese alacri animo obtulerint. Quæ
 nos etiam atque etiam obsecramus, vt in animis ve-
 stris & omnium semper inhabitet. Sacaio.

xvi. Calend. Septemb.

MDLXII.

EX EPI.